



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De diuino officio in generali. Cap. XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

*De diuino officio in generali.*

## CAP. XIII.

**R**ESTAT de officio, prout est in addiscen-  
do, deinde prout est in exequendo videre.  
Addiscendum est diuinum officium, maximè  
in principio diligēter. Et licet de totali officio  
& ordinis eius viu seu forma, notitiam habere  
oporteat, sunt tamen quædam communia, sci-  
licet officium beatæ Mariæ virginis, & mor-  
tuorum; commune de sanctis, cum psalmis,  
hymnis, & cæteris omnibus ad illud spectanti-  
bus, lectionibus tantum exceptis: prima, com-  
pletorium, & Pretiosa, capitula & preces: suf-  
fragia horarum ferialium, absolutiones & be-  
neditiones, quæ in matutinis dicuntur, hym-  
ni feriæ, laudumque psalmi, & cantica; bene-  
dictio quoque mensæ cum gratiis, necnon &  
psalmi primæ dominicalis; omnes etiam psal-  
mi à centesimonoно vsque ad vltimum, nisi  
rotum, quod magis expedit, discatur psalteriū,  
sunt corde tenuis addiscenda, & menti per ex-  
ercitium arctius imprimenta. In sabbatis quo-  
que & præcipuarum solennitatum vigiliis,  
præuidendum est diuinum officium tam in li-  
tera quam in nota. Quoties autem extra cho-  
rum cantatur, propter honestatem, & ne oran-  
tibus vel studētibus fratribus impedimen-  
tum præstetur, vocem in cantu deprimi decet.  
Et post refractionem, præcipue in verbis mo-  
destiam congruit obseruare. Ante sumptum  
cibum ( vt inquit Hugo ) magis hilares esse  
conuenit, ne ipsa nostra abstinentia granis &  
molesta videatur: Post verò magis modestos  
& tacitos; ne per gulæ vitium, crapula nos in-  
fasse videatur.]

Quæ fine  
memorites  
discenda.

Hugo à S.  
Vid. to. 2.  
instit mons  
ad nonit.

6. 4.

C 3

De